doctrinæ. Ecquæ istæ? lex (hæc regeris) 13. *ff. de minor.* Lex 1. & 2. *Cod. de fidejuss. minor:* lex 7. *in fin. ff. de except.* itanè vero? ostendemus infra *num.* 23. memoratam *leg.* 13. *ff. de minor.* eximiè doctrinæ nostræ favere; hancque non novellam, sed cum ipsâ jurisprudentâ natam, evincemus.

CAPUT III.

DE

FIDEJUSSORE FURIOSI ET PRODIGI.

17. Ipsi adversarii (dum quærunt, quid de fidejussore furiosi & prodigi sit statuendum) in diversas secedunt vias. Placet benè multis, obligari fidejussorem; debitor principalis licet ne naturaliter quidem possit obligari. Atque sectæ huic, post alios, adhæret laudatus STRYCKIUS loco suprà *num.* 2. indicato. Robur verò doctrinæ ponit *in leg.* 25. *ff. de fidejuss.* „ MARCELLUS scribit (ita ibidem ULPIANUS) „ siquis pro pupillo sine tutoris authoritate obli- „ gato, *prodigove, vel furioso* fidejusserit, magis „ esse, ut ei non subveniatur: quoniam his man- „ dati actio non competit. „

18. Sectam contrariam sequitur JOANNES VOETIUS in *comment. ad ff. tit. de fidejuss. n.* 9. ubi ait: Idem (quod nempe fidejussor non obli-
„ getur) probatum in eo, qui intervenit pro
„ prodigo, sine curatoris authoritate obligato:
„ quia utcunque is, cui bonis interdictum est,
„ judicium naturaliter habeat, ac intellectum;
„ tamen hoc ipso, quod furiosum facit rerum sua-
„ rum exitum, adeoque quantum ad bona furiosus
„ est, civiliter non magìs, quàm qui vere furit, vo-
„ luntatem creditur, aut consensum habere. Ut
„ proinde non sine ratione ULPIANUS scripserit, *nec*
„ *fidejussorem pro eo intervenire posse, sicut nec*
„ *pro furioso:* reprobatâ scilicet in totum naturali
„ illâ prodigi obligatione. *leg.* 6. *ff. de verb.*
„ *obligat.* „ ita ille. Nos & hujus legis exscribi-
mus verba; ut opinionis utriusque fulcrum ob
oculos habeas positum. Sunt autem hæc: *Is, cui bonis interdictum est, stipulando sibi acquirit; tradere verò non potest, vel promittendo obligari: & ideo nec fidejussor pro eo intervenire poterit, sicut nec pro furioso.*

19. Dissentientium retulimus sensa? quid alter alteri respondeat, modo videamus. Expresse
„ quidem (ità STRYCKIUS *dict.* §. 8.) sibi contra-
„ dicere

„ dicere videtur idem ULPIANUS *in leg.* 6. *ff. de*
„ *V. O.* ubi negat pro prodigo & furioso fidejus-
„ sorem intervenire posse. Verùm hæc lex ità
„ solùm est intelligenda, quòd fidejussor contra
„ prodigum & similes non habet actionem man-
„ dati contrariam ad indemnitatem consequen-
„ dam; si pro illis vi antecedentis promissionis
„ aliquid solvere necesse habuit: quia animo do-
„ nandi intercessisse videtur.

20. Hæc STRICKIUS pro aris suis. Quid VOETIUS suis pro laribus? „ Nec suprà dictis (ità hic *dict. tit.*
„ *ff. de fidej. eod. n.* 9.) contrarium est, quod MAR-
„ CELLUS (auctore ULPIANO) scribit *leg.* 25. *ff. de*
„ *fidèjuss.* Etenim cùm lex hæc ponat fidejuben-
„ tem pro pupillo sine tutoris auctoritate obliga-
„ to, uti & pro prodigo vel furioso (similiter
„ scilicet sine curatorum auctoritate *obligatis*, ut
„ de similibus sermo sit) non alia commodior
„ „simpliciórque ei interpretatio adhiberi potest,
„ absque ullâ verborum emendatione, quàm si
„ eam accipiamus de pupillis, furiosis & prodigis
„ obligatis ex quasi contractu, ubi ex re actio ve-
„ nit, adeoque civiliter & naturaliter devinctis:
„ quippe quorum intuitu par pupilli, furiosi, pro-
„ digique causa est. *Furiosos enim ac pupillos, ubi*

„ *ex*

„ *ex re actio venit, obligari etiam sine tutoris, vel*
„ *curatoris authoritate, veluti si fundum communem*
„ *habeam cum his, & aliquid in tuum impendero*, à
„ PAULO traditum *leg.* 46. *ff. de oblig. & act.* Ubi
„ autem furiosus . . . aut prodigus ita jure obli-
„ gatus apparet, efficacem esse fidejussionem
„ (quæ alioquin, furiosi aut prodigi promittentis
„ intuitu, nulla foret ex *dict. leg* 6. *ff. de V. O.*)
„ evidenter à CAJO declcratum; cùm ait: *si à*
„ *furioso stipulatus fueris, non posse te fidejussorem*
„ *accipere, certum est: quia non solum ipsa stipula-*
„ *tio* nulla intercessisset, sed ne negotium quidem
„ ullum gestum intelligatur. *Quod si* (quod no-
„ tandum) pro furioso jure obligato fidejussorem
„ accepero, tenetur fidejussor *leg.* 70. § 4. *ff. de*
„ *fidejuss.* Cum ergo tali in casu teneatur fide-
„ jussor, optimè â MARCELLO & ULPIANO in dict.
„ *leg.* 25. *ff. de fidejuss.* definitum fuit, magis esse,
„ ut ei (puta fidejussori) non subveniatur; ad-
„ ditâ ratione: *mandati actio non competit.* Nec
„ est, (sic paucis interjectis ibidem pergit) quòd
„ excipias, frustra definiri, quòd fidejussori non sit
„ subveniendum à prætore per in integrum resti-
„ tutionem, ubi nec ipsis furiosis, prodigis, &
„ pupillis ex quasi contractu devinctis succurri
potest

„ poteſt per reſtitutionem. Nulla namque ne-
„ ceſſitas cogit, ut verbum *ſubvenire* interprete-
„ mur de reſtitutione per prætorem faciendà;
„ cùm & apud probatos autores, & in ipſo jure
„ noſtro *ſubvenire* aliis multis accommodetur ne-
„ gotiis, ad prætorias reſtitutiones haud pertinen-
„ tibus; dum & ignorantiæ *heredum ſubventum di-*
„ *citur conſtitutionibus*, ne teneantur ex dolo de-
„ functi tutoris in caſu *leg. ult.* §. 1. *ff. de fidej. & nomi-*
„ *nat. & hered. tut.* dicuntur & principes liberalitate
„ ſuâ *ſubvenire teſtamento*, in quo ſervus erat ad-
„ hibitus, qui omnium opinione liber credeba-
„ tur §. 7. *inſtit. de teſtam. ordinand.* Cæterum ra-
„ tio in *dict. leg.* 25. propoſita, *quoniam his man-*
„ *dati actio non competit*, eò pertinet, ut Juris-
„ conſultus adſtruat, nullam pupillis, furioſis,
„ prodigis, ſine tutotis aut curatoris autoritate
„ obligatis, damnum imminere ex eo, quòd *fide-*
„ *juſſori eorum non ſubveniatur:* nam vulgò qui-
„ dem fidejuſſori adverſus debitorem principa-
„ lem competere mandati actionem ad indemni-
„ tatem §. 6. *inſtit. h. tit.* ſed hìc adversùs pu-
„ pillum talem, prodigumve, vel furioſum dene-
„ gari; ... dum per mandati actionem aliquan-
„ do debitor principalis ultra tenetur reſtituere,

„ quàm pro utilitate ejus ſolutum eſt : adeoque
„ fidejuſſores hac mandati actione deſtitutos, ſo-
„ lummodo ad ſubſidiariam hâc in re negotio-
„ rum geſtorum actionem refugium habere ; per
„ quam uti non ultra recuperant, quam quate-
„ nus fidejubèndo ac ſolvendo utiliter pupilli,
„ furioſi, vel prodigi geſſerunt negotia : ita nec
„ pupillis cæterisque nocent ; ſed id unum obti-
„ nent, ne pupilli ſimilesque cum eorum detrimen-
„ to contra naturalem æquitatem locupletiores fi-
„ ant, *leg.* 13. §. 1. & *leg.* 14. *ff. de condict. indebit.* „
Elegantiores ſiquis cupiat nugas, adeat ille eruditiſſimi AVERANII *interpret. jur. l.* 2. *c.* 14. & 15.

21. Adeò ſe ſe fatigant, ſudantque viri Doctiſſimi ; ut, dum â vero nimiùm quantùm aberrarunt, dictis fucum ſaltèm concilient Non ſinamus igitur hiſce tenebris alacriora poſthac detineri ingenia ; ſed eò ducamus, quò vocat plana veritas, invitatque.

CAPUT IV.

PROPONITUR NOSTRA SENTENTIA : ILLUSTRATUR EXEMPLIS, FIRMATUR LEGIBUS ET RATIONE.

22. Controverſiam tam ancipitem duabus expediemus regulis ; ad harum amuſſim ſic